Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et contentione audire debeant ne sole fauces sumant cibum sed et aures esuriant dei verbum

Deinde observantia silencij in dormitorio tempore quo fratres ibidem conveniunt ad dormiendum videtur fundari in eo quia eequo tunc conveniunt ibidem ad quiescendum congruum videtur vt tunc ab omnibus strepitibus cessantes cum quiete omnino conquiescentur

Ad primam vero silencij observantiam quam superadde moliuntur videlicet quod solum debeat fuari silencium in ecclia refectorio et dormitorio quando fratres ibidem conveniunt ad dima vel ad reficiendum sive ad dormiendum Sed cum asserunt silencium observari debere in locis predictis omni tempore et in perpetuum quod nobis videtur nimis durum Nam hoc nullo iure nulla constitucione auctorizatum neque in regula neque in Benedictinis constitucionibus continetur Dicit enim beatus Augustinus visum fuisset professores sue regule ad huiusmodi silencium perpetuum in locis predictis astringendos hoc sicut de silencio sub lectorum mensis quando expressit vbique expressisset vnde nec beatus Augustinus sub lectorum mensis simpliciter precepit observari silencium sed dubitanter precepit vt lectio que secundum consuetudinem legitur sine tumultu et contencione audiatur ergo quod in constitucionibus et documentis sanctorum patrum sanctitas non est non videtur nobis adiunencionibus presumendum vt in eis consuluisti in quo v.

De abstinencia

Tercio in monasteriis patrum nostrorum supradictis omnes personne regulares exceptis debilibus et infirmis singulis septimis feriis in cibis quadragesimalibus iejunare solite sunt Sed ejus monasterium tu lactiniis si tunc illis vtunt hij cum quibus comedunt

Item omnibus feriis quartis a carnibus abstinent

Item iejunium adventus domini Pasquarum in cibis quadragesimalibus vel lactiniis secundum loquor monasteriorum consuetudinem observant

Postremo Jejunium quinquagesime cum alijs iejuniis ab ecclia institutis in observancia debitum tenent put hec omnia statutis nostris in plo verij ordinacionis et clarius exprimuntur

In observancia autem huiusmodi abstinencia pretes nostros satisfacere medium debito regule beati Augustini maxime cum Benedictus non ad paucioris abstinencias professores regule beati Augustini astringere videatur nec eius disponit de alijs abstinencijs quam de abstinencia a carnibus in die Sabbati et per totum tempus adventus domini nichil aut dicit de Jejunio Item beneficium abstinencia a carnibus